

### III. REGNUM MORTUORUM.

Nro. 11.

#### *Oratio Politica.*

De Surrogato hodie tantopere pretiosi Ligni.

Elysiun-Menm.-Die Veneris 3. Mart. 1809. (Neov. 24. Feb. 1809)

#### *S e n t e n t i a.*

Anglia inexhaustibilibus Lythantracum fodinis  
suis partem immensarum suarum opum  
debet.

*Duhamel.*

**A**nimus fert, vacillante in omnem partem  
pacis æque ac belli politica, quin veri quid  
ex ea asseri possit, in nosmet ipsos, dome-  
sticasque utilitates nostras mentis oculos con-  
vertere. Argumentum disquisitionis Surro-  
gatum lignorum. Non est id ex eo genere,  
quod nondum detectum, ut fabæ Indicæ,  
verum sunt Lythantraces ubivis ceu largum  
ligni surrogatum noti.

Quid nobis fiet, ingravescente ita ligno-  
rum in Germania, prout ex vicennio, pretio?  
Intra 30 annos eo pervenimus, ut dimidium  
sustentandæ vitæ lignorum procurationi im-  
pendendum sit ad frigus brumali tempore ar-  
cendum, profecto mille consumendi, quin-  
genti lignis impendendi sunt.

Angli nullas propemodum sylvas habent,  
quod lythantraoibua calefacere, coquereque  
possint. 300 enim libræ lythantracum tan-  
tumdem caloris præbent, quam 600 libræ li-

gni faginei. Ita sane: in Germania multi Metallurgi iis exquirendis operam dederunt, at effectus nondum necessitati huic satisfecit. Sinite, quæso, valere bellum, quid nos possumus ad ejus mutationem? at agite lythantracibus exquirendis insudemus! —

Constat: nequaquam artis peritos plurimas detectiones fecisse: Fortuito enata hominum congeries, artis omnis rudium, plurimas earum protulit. Agite! igitur notas indicamus, quæ has detectiones manifestant, ut maxime vulgares quoque, nihil prorsus intelligentes, eo aspirare, & fortuitum adprehendere valeant.

Silentio præterimus quasvis hypotheses de origine fructuosi hujus producti, \*) prout & diversa, quibus insigniri in diversis regionibus solent nomina; consilium nostrum est: \*\*) Physices studiosos, amantesque industriæ,

---

•) Probabilissimum est, originem lythantracum ex vegetabili naturæ regno repeti.

\*\*\*) Majoris animadversionis est notitia ipsa Lythantracum. — Qui essentialia Constitutiva resinam & petroleum habent, resinosi vocantur & lignum bituminosum (calorem debiliorem vulgaribus lythantracibus spargent.) Terra bituminosa, (Gagathes, sæpe lythantracibus adhærens, estque species Lythantracum purissima) — quorum vero pars essentialis constitutiva petroleum, terra vegetabilem & acidum sulphureum, vocantur foliati, sebistosi & uliginosi.

publicosque Officiales certiores faciendi, ut Lythantraoes reperiri & erui debeant.

Lythantracum sedes sunt strata montosa plurimum Calcareæ & schistosa.

Viciniam earum indicant ductus lineales atræ bituminosæ terræ, per se parum inflammabilis, quæque plerumque superficiem hujus fossilis constituit. Frequentius vero nigra hæc strata præsertim in planis regionibus magnis terreis siliceisque stratis tecta, quæ semper singularem notam præferunt, carbonos vicinos indicantem.

In montosis regionibus strata Carbonica faciliore opere, quam planis detegere licet. Continuo in declivi montis vel ad pedem ejus reperiuntur; præcipue in locis abruptis & montium fissuris. Jam secundum ductum venarum mineralium & stratorum terreorum, quibus Carbonicum stratum interjacet, in eadem directione procurrit & hocce; si illa horizontalis & hoc ab ea non diverget, hæc adjuncta jam Cultori modum rationemque præstendunt Culturam instruendi.

Terra aluminosa sæpe quoque numero viciniam Lythantracum indicat, hi non secus ac strata terrea venæque, hoc sal continent, proin si auræ exponantur, alumen in forma Crystalli se explicat.\*)

\*) Lythantraoes in Cantone Tigurino in specie ad Riedhof eruti, adeo repleti alumine sunt, ut in humido aere collabantur, alumenque in tanta quantitate prodeat, ut acervus salis videatur.

Plerumque vero in vicinia lythantracum venæ reperitur albo — cinerea, decolor, asgillacea terra cum nigris maculis, aut atris ductibus venulisque interstincta.

Acido vitriolicæ Exhalationes communiter in proximo helvum colorem induunt, qui continuo obscurior flavoque rubrior redditur, quo basis ferri feracior est. Acidum illud ferri particulas solvit, coloreque ochri- no imbuunt. — Id quidem verum: non ubivisa ubi colorata terra reperitur, mox lythantraces deprehendi posse putandum est, possunt & alia adjuncta coloris rationem continere, semper nihilominus id genus adjunctorum status, solique indoles aliis nexa indicia argumentum justum præbent suspiciendi, & quærendi.

In Anglia venæ lythantracum sæpe minera Martis commistæ sunt. Cultores minerarum lythantraces quæsituri ea de Causa ubi venam copiosa Ochra flava fœtam deprehendunt, aliquot aquæ hujus pintas tollunt, eamque in testaceis vasculis leni igne evaporare sinunt, quod si residuum sedimentum postea nigri coloris est, indicium utcumque est scaturiginem ex loco promanare, quo lythantraces continentur; aut desumitur ex Ochra aquarum scaturientium in regionibus, quibus Lythantraces deprehendendi suspicio est, siocatur & (calcinari) in Calcem verti sinitur, quod si a magnete vix aliquantum attrahitur, lythantraces cum ratione quærantur.

Omnia his locum habentibus id genus indicia adhuc fallunt, cum primis in planitie, in qua vena in conspectum non prodit; fieri potest, ut integri patei ad imam profunditatem perducantur, venam nihilominus aberrent; aut vero deprehenditur quidem, at aliquot saltim pollices densa, ut Cultura indigna deseratur, quin expendatur, profunditate continuata, notabilem admodum venam conspectui occurruram fuisse.

Inanibus tentaminibus parsuri Angli, antequam ordinatam Culturam ordiantur, terebello ut vocant, terrestri, vel montano ad 600 pedes fundum explorant, quo fit: ut accuratam cognitionem diversorum stratorum lythantracum, eorum profunditatis, densitatis, ipsius qualitatis (dum Cochleari terebelli segmenta lythantracum ex terebelli orificio attrahunt) notitiamque venarum mineralium iis incumbentium adipiscuntur.

At una terebelli montani apertura nequam sufficeret directioni definiendæ, quam vena in ductu, lapsuque sequitur, quapropter terebellum perpendiculariter ad 3 puncta, quæ inter se triangulum æquilaterum efficiunt, demittunt. Jam si in plano v. g. prima apertura stratum 200 pedum in superficiei profunditate esse dignoscitur, atque secunda 250 pedes profundum detegitur, eorum consequitur: in ea parte 30 pollicum lapsum habere, si tandem tertia terebello facta apertura profunditatem venæ 260 pedum indioet, tum enim vero dabo vacat, lapsum ad eam partem direxisse.

Hic labor prævius maximi est ponderis. Cultura enim ubivis sub terra inchoandus, ubi vena profundissimum situm habet, ut dein adversus eam sursum labor institui possit; atque aquis sub terra coacervatis defluxus, aut evectio præcurari; aquæ profundissimo loco condensantur, tum ope vaporibus agendarum machinarum medio ignis evectio earum procuratur. — Ipse hic prævius labor Anglos lapsus venæ quantitatem docet, si v. g. prima apertura 60 orgias a secunda distat, eorum vena ad quamvis orgiam senos pollices lapsus habet.

Nequaquam existimandum est: venas Lythantraicum semper & perpetuo inclinacionem minerarum sequi, inque vis eadem inclinatione elevari, in qua minerales partes. Nunquam id locum habere potest; at sæpe venæ contrariam directionem sequuntur, ipso sæpe loco recte incidunt, quo minere attolluntur.

Fit perraro: ut lythantraicum vena sola terræ subsit, plurimum duæ, tres, quatuor, pluresque subjacent, quæ plerumque parallele decurrunt, seu labantur seu attollantur. Si e. e. vena horizontalis lythantraicum deprehensa, fiet, ut & alia æque horizontaliter decurrens paullo infra aperiri possit. Quod si declinatio venæ diagonalis, merito suspicio subvertatur; in eadem directione alias adhuc venas decurrere, si minere ex utraque labori montanistico patente parte effodiantur.

Maxime interest, exactissimas semper instituere indagaciones, primum etenim detectum stratum nequaquam semper præstantissimum, ditissimumque boni Carbonis est. Cæterum prudentia svadet, tot venas exquirere pervestigareque, quot præsto esse possunt, ut Evectio mineralis hujus, de quo nihil perire sinendum, qua fieri potest utilissima ratione promoveatur.

Lythantraces in superficie terræ reperiri solent, vena foras prominente plerumque notæ villis, cariosi, solutione aeris fragiles, impuri sunt. Ad melioris notæ obtinendos necessum prorsus est, ut ad certam profunditatem descendatur; id quoque raro evenit, ut probæ qualitatis Carbo reperiat, quin prævie aquarum scaturigo detegatur & in eum impingatur; videtur hoc elementum ad perfectionem Carbonis hujus fossilis conferre, fortassis impedit humor dissipationem substantiæ inflammabilis in vena, proin Carbonis solutionem.

Patria nostra profecto Lythantraorum ferax est; at, proh dolor! ad præsens opera impensa absque publico subsidio, primæ amplæque impensæ ex publico solum ærario fieri possunt; in nonnullis locis tentamina facta, privati pecunias in ea impenderunt, defecit nervus rerum gerendarum, & quævis montanistica contentio adhæsit

Non morantibus his impedimentis, agite! quæramus Lythantraces. Anglia iis partem immensarum opum suarum in acceptis fert,



Hic labor prævius maximi est ponderis. Cultura enim ubivis subtus terra inchoandus, ubi vena profundissimum situm habet, ut dein adversus eam sursum labor institui possit; atque aquis sub terra coacervatis defluxus, aut evecctio præcurari; aquæ profundissimo loco condensantur, tum ope vaporibus agitarum machinarum medio ignis evecctio earum procuratur. — Ipse hic prævius labor Anglos lapsus venæ quantitatem docet, si v. g. prima apertura 60 orgias a secunda distat, eodem vena ad quamvis orgiam senos pollices lapsus habet.

Nequaquam existimandum est: venas Lythantracum semper & perpetuo inclinationem minerarum sequi, inque vis eadem in ratione elevari, in qua minerales partes. Nonnunquam id locum habere potest; at sæpe venæ contrariam directionem sequuntur, ipso sæpe loco recte incidunt, quo minere attolluntur.

Fit perraro: ut lythantracum vena sola terræ subsit, plurimum duæ, tres, quatuor, pluresque subjacent, quæ plerumque parallele decurrunt, seu labantur seu attollantur. Si e. e. vena horizontalis lythantracum deprehensa, fiet, ut & alia æque horizontaliter decurrens paullo infra aperiri possit. Quod si declinatio venæ diagonalis, merito suspicio subvertatur: in eadem directione alias adhuc venas decurrere, si minere ex utraque labori montanistico patente parte effodiantur.

Maxime interest, exactissimas semper instituere indagaciones, primum etenim detectum stratum nequaquam semper præstantissimum, ditissimumque boni Carbonis est. Cæterum prudentia evadet, tot venas exquirere pervestigareque, quot præsto esse possunt, ut Evectio mineralis hujus, de quo nihil perire sinendum, qua fieri potest utilissima ratione promoveatur.

Lythantraçes in superficie terræ reperiri solent, vena foras prominente plerumque notæ villis, cariosis, solutione aeris fragiles, impuri sunt. Ad melioris notæ obtinendos necessum prorsus est, ut ad certam profunditatem descendatur; id quoque raro evenit, ut probæ qualitatis Carbo reperiat, quin prævie aquarum scaturigo detegatur & in eum impingatur; videtur hoc elementum ad perfectionem Carbonis hujus fossilis conferre, fortassis impedit humor dissipationem substantiæ inflammabilis in vena, proin Carbonis solutionem.

Patria nostra profecto Lythantraçum ferax est; at, proh dolor! ad præsens opera impensa absque publico subsidio, primæ ampliæque impensæ ex publico solum ærario fieri possunt; in nonnullis locis tentamina facta, privati pecunias in ea impenderunt, defecit nervus rerum gerendarum, & quævis montanistica contentio adhæsit

Non morantibus his impedimentis, agite! quæramus Lythantraçes. Anglia iis partem incommensuram opum suarum in acceptis fert;

& nos non eadem felicitate gaudere possemus? — Agite Lythantraces quæramus! & reperiemus. —

Hæc ad docendam Lythantracum investigationem in patria nostra. Quod nova Politica attinet: querimoniis, planctibusque Euluvione damnificatorum superantur, quam lamentabiles Neomago de 28. Jan. litteræ! Aquæ aliquot ante diebus multum dehiscabant; solabamur nos: periculi finem fore, at pro horror! hesterno vespere circiter horam 7. velocitate enormi glacies torrente adventa, tribus tormentorum explosionibus Incolis annunciata, glacialis ad Beuningam agger immobilis perstitit, ex eo aqua celeri motu incrementum, ut media nocte 25 pedes attigerit; quo factum, ut declivior urbis pars obrueretur; multæ domus destructæ. Lentii summa erat devastatio, hodie duæ Casæ rusticæ glaciali fragmento prætervectæ, altera diruta, tecto orba altera. Pesingæ turris solum unaque domus conspicua. Tota regio lugubrem faciem exhibet, plures domus abreptæ, aliæ corruere, aliæ destructæ, ex quo colligi potest: quanta pecoris hominumque copia fatalibus undis interierit.